Yi 4953

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0002-0

F.K. 32, 16.

Ye 4953

ὈΝΟΜΑΘΩΡΟΓΡΑΦΙ΄Α

# CONSULUM ZITTANORUM,

Ante Annos hosce XXXII.

à

M. ANDREA WITTUVERO Z.
Scholæ Patriæ Conrectore
B. M. Contexta:

JAM VERO REPETITA,
Et Nonnullis
*Anagrammatibus aucta*,

â

M. CHRISTIANO KEIMANNO, Z.
P. L. C. Scholæ Patriæ
Rectore.

ZItta
benIgnI DeI
tUta seMper



aLIIs sIs

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

1651.

LætIs, faUstIsqVe ChaLCographIæ ZIttaVIensIs
InstaUratæ InItIIs, eXCUDIt Ista typIs
ZaCharIas SChneIDerUs.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0003-5

Magnificæ, Nobiliſſimæ, Ampliſſimæ, Clariſſimæ, Conſultiſſimæqve Virorum Trigæ:

DN. ADAMO Giriſch.
DN. HEINRICO Hefftern/ J.U.L. in Ober-Ullersdorff & Sommerau.
DN. CHRISTIANO von Hartig in Hörnitz/ EQVITI D. MARCI.
} Con-ſuli-bus.

Totiqve Inclito ac Florentiſſimo Senatorum Præſentis anni Collegio:

DN. ANTONIO Von Kohlo.
DN. CASPARO HARTRANFT in Ratgendorff.
DN. CHRISTIANO MULLERN.
} Prætoribus.

DN. JOHANNI EICHLERN von Auritz in Porizſch.
DN. CHRISTOPHORO SCHMEIDELN.
DN. ZACHARIÆ FORSTEN.
DN. JOHANNI ROTHEN/ N.P.C. & Protogrammateo.
DN. GEORGIO SCHNITTERN.
DN. HEINRICO REINGASTEN.
DN. VICTORINO FICHTNERN.
DN. GODOFREDO NESENO.
DN. TOBIÆ GEISLERN.
DN. CHRISTOPHORO HEIDRICHEN.
DN. CHRISTOPHORO HENSELN.
DN. GEORGIO ROSCHERN.
DN. JOHANNI CHRISTOPHORO SCHINDLERN/ Notario.
DN. M. ANDREÆ WINTZIGERN. Curiæ Actuario.
DN. BERNHARDO HEINRICHEN/ Actuario Judiciali.

*PATRIBUS PATRIAE FIDISSIMIS,*
Deq; illâ omnibus Exemplis præclarè meritis:
*Teſtandi Obseqvii, & sempiternæ Gratitudinis ergò:*
Mecœnatibus & Muſagetis digniſſimis.

L. M. Q. D.

M. CHRISTIANUS KEIMAN. Z.P.L.C.
SCHOLÆ PATRIÆ RECTOR.

ʹΟΝΟΜΑΘΩΡΟΓΡΑΦΙΑ

# CONSULUM ZITTANORUM,

VIRORUM

Olim juxtà, ac hodie

NOBILITATIS MAGNIFICENTIA, AMPLITUDINIS EXCELLENTIA,

CLARITATE PRUDENTIÆ, CONSILII GRAVITATE, MULTIJUGÂ VIRTUTE, VARIOQ; RERUM POLITICARUM USU SPECTATISSIMORUM, PRÆSTANTISSIMORUM,

PATRUM PATRIÆ

Meritiſſimorum, Laudatiſſimorum;

*Quam*

Partim Calamo non adeò operoſo Collectam;

Partim ἀναγραμματικῶς, venâ non tam validâ, quàm calidâ Feriis æſtivis exornatam,

Et in Sacro Famæ Dexterrimæ, Honorificæq; Memoriæ Fano

SUSPENSAM,

Rom. XIII. V. I.

οὐκ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ, αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ἀπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0005-6

*NOBILISSIMÆ, AMPLISSIMÆ, CLARISSIMÆQ. VIRORUM QUADRIGÆ:*

DN. CHRISTOPHORO GÜNTHERO.
DN. GEORGIO SCHNITTERO. } Consul.
DN. JOHANNI NESENO.
DN. JUSTO GEBHARDO. J.U.D. Syndico.

*TOTIQ. INCLUTO AC FLORENTISSIMO SENATORUM PRAESENTI HUJUS ANNI COLLEGIO:*

DN. CHRISTOPHORO MAUERO.
DN. MARTINO EICHLERO. } Prætoribus.
DN. MATTHÆO MOLLERO.
DN. MARTINO NEUMANNO.
DN. NICOLAO SCHNITTERO.
DN. THOMÆ BEYERO.
DN. MICHAELI KISLINGIO.
DN. ANTHONIO ARNSDORFFIO.
DN, JOHANNI WINCKLERO.
DN. BARTHOLOMÆO RITTNERO.
DN. ELIÆ RITNERN.
DN. JOHANNI LONITZERN.
DN. GEORGIO AMENDE.
DN. JOHANNI RABEN.
DN. GODOFREDO CAPISIO Protonotario.
DN. M. JACOBO LICHTNERO. } Notariis.
DN. ADAMO GIRISIO,
DN. CHRISTOPHORO CUNAT Actuario judiciali.

*Patronis, Promotoribus, & Fautoribus ſuis Maximis, Majoribus, Magnis, Honoris & Obſervantiæ debitæ ſtudio ætatèm Colendiſſimis, Colendis: Dat, dicat, conſecrat, Cliens.*

Lector

LEctor Amande, scies, Flaccum ceciniſſe Poetam:
Dignum laude Virum Musa perire vetat.
Hinc venit ansa meæ patulo memorare Thaliæ
Codice ZITTANI Lumina clara Fori.
Lumina quippe cano, quæ priſtina noverat ætas;
Quorum annos Sceptri, & Nomina ferre sat eſt.
Majorum laudes etenim tacuiſse, decorum eſt,
Quæ non è Chronicis, nec senis ore patent.
At quorum Fama ad noſtrum delabitur ævum,
Horum Virtutes γράμματα versa notant.
Hos tantùm ſigno, quos Urbica sceptra videbant:
Imperii socios insuper addo duos;
Quorum pro ZITTA cæli tulit ille Coronam,
Huic fasces anni tertius ordo dabit.
Nomina repperies malè congrua ſæpiùs annis;
Si placet alternos volvere fortè libros.
Conſule pro primo ſententia militat anceps:
Nec ſunt de reliquis conſona vota Viris.
Quare, ſi ſtimulat Chronicûm variatio mentem,
Ambiguo flecti ne patiâre ſtylo.
Annales certum mihi commonſtrâſſe tenorem,
Scito, quibus tutam præſtat habere fidem.
Si ſapis, hosce meos, Lector, non temne labores:
Fronte magis facili perlege, quæso. Vale.

Anno partûs ſalutiferi, quem ſequentia
diſticha colligunt:

NUnC fortaſſe rogas, noſtra an sInt ſeCULa beLLa?
Non sUnt beLLa: & sUnt nîl nIsI beLLa taMen.

Quare ingemiſcimus:

Ah bone JoVA, ſerena togæ fer TeMpora: sIt paX;
BeLLI non beLLI peLLe fLageLLa proCUL.

Itemq; Respublica ſuſpirat:

REs rerum rege Rex regum, Regni rege Reges!
PVBLICA Pax prodi priſtina, priva, precor!

M. Andreas VVitwerus Z.
Scholæ Patriæ Collega.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0007-7

| Regiminis Ordo. | Anni. | | |
|---|---|---|---|
| | | **1300.** | |
| 1 | 1319, 30. | GÜNTHER | de Gablonâ. |
| 2 | 37, 40, 41. | PETRUS | Hertel. |
| 3 | 45. | LUCAS | von Reichenau. |
| 4 | 47. | JOHANNES | de Lippâ. |
| 5 | 50, 54, 57, 59. | NICOLAUS | Scholtz. |
| 6 | 51. | LAURENTIUS | Neuhauſe. |
| 7 | 52. | PETRUS | Hertel. |
| 8 | 53. | HERMAN | Junge. |
| 9 | 55, 58, 67, 69, 72, 76, 79, 83, 86. | HENRICUS | Hertel. |
| 10 | 56, 60, 62. | JOHANNES | Hirſchfelder. |
| 11 | 61, 64. | NICOLAUS | Romberger. |
| 12 | 63, 65. | FRANCISCUS | Elner. |
| 13 | 66. | JOHANNES | Von Reichenbach. |
| 14 | 68, 71, 75, 77, 81, 82, 85, 88. | PETRUS | Peſolt. |
| 15 | 70, 73, 80. | NICOLAUS | Höſeler. |
| 16 | 74. | HERMAN | Wölffel. |
| 17 | 78. | PETRUS | Wildenſtein. |
| 18 | 84, 87, 90, 94, 89, 92, 96, 99. | HERMAN | Haldenſtein. |
| 19 | 1404. | NICOLAUS | Hildebrand. |
| 20 | 91, 98. | HENRICUS | Feuring. |
| 21 | 93. | NICOLAUS | Czalma. |
| 22 | 95. | NICOLAUS | Ludwigßdorff. |
| 23 | 97. | NICOLAUS | Scherer. |
| | | **1400.** | |
| 24 | 1400. 2. 5. 9. | NICOLAUS | Wittſchel. |
| 25 | 1401, 3. | NICOLAUS | Grünewald. |
| 26 | 4. | PETRUS | Grott. |
| 27 | 6. | MATERNUS | Feuring. |
| 28 | 7. | NICOLAUS | Cardelowe. |
| 29 | 8. | NICOLAUS | Kimmer. |
| 30 | 10. | CHRISTIANUS | Romberger. |
| 31 | 11. | HENRICUS | Von Egern. |
| 32 | 12. | HERMAN | Haldenſtein. |
| 33 | 13. | NICOLAUS | Voygt. |
| 34 | 14. | SIGISMUNDUS | Droßler. |
| 35 | 15, 17, 20, 23, 28. | PETRUS | Ludwigßdorff. |
| 36 | 16, 19, 22, 25. | JOHANNES | Sieber. |
| 37 | 18. | JOHANNES | Voygt. |
| 38 | 21. | JOHANNES | Schönthor. |
| 39 | 24, 27, 30, 33, (38. | NICOLAUS | Nürnberger. |
| 40 | 26. | MATTHIAS | Hockacker. |
| 41 | 29. | NICOLAUS | Geiſelbrecht. |

HER-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 42 | 31. | HERMAN | Haldenſtein. |
| 43 | 32,35. | JOHANNES | Ludwigsdorff. |
| 44 | 34,37,40,43. (46. | NICOLAUS | Krauſpſcholtz. |
| 45 | 36. | NICOLAUS | Yſoldt. |
| 46 | 39,42,45,48. 51,55,59,64. | JOHANNES | Scherffing. |
| 47 | 41,44. | FRANCISCUS | Bertoldt. |
| 48 | 47. | BERNHARDUS | Blauda. |
| 49 | 49,52. | JOHANNES | Wechteler |
| 50 | 50,54,58,63. (67. | JOHANNES | Zimmerman. |
| 51 | 53,56,60,65. (69. | HIERONYMUS | Streubel. |
| 52 | 57. | JOHANNES | Virding. |
| 53 | 61,68. | GEORGIUS | Küher. |
| 54 | 62,66,74,79. | PETRUS | de Gablonâ. |
| 55 | 70,75.78,82. | JACOBUS | Steiring. |
| 56 | 71. | MATTHIAS | Krolufft. |
| 57 | 72. | JOHANNES | Ludwigsdorff. |
| 58 | 73. | THOMAS | Wildtſchütz. |
| 59 | 76,80. | PAULUS | Claus. |
| 60 | 77,90,94. | MATTHÆUS | Bechſtein. |
| 61 | 81,84. | PETRUS | Frech. |
| 62 | 83,87. | JOHANNES | Babſt. |
| 63 | 85. | JOHANNES | Bernhardt. |
| 64 | 86. | JOHANNES | Ludwigsdorff. |
| 65 | 88,93,96. (1500. | JOHANNES | Nothhafft. |
| 66 | 89. | HENRICUS | Weigsdorff. |
| 67 | 91. | LAURENTIUS | Helmricht |
| 68 | 92. | JOHANNES | Plawner. |
| 69 | 95. | CASPAR | Dippolt. |
| 70 | 97. | MARTINUS | Kottwitz. |
| 71 | 98,1501,4,7,11. | MARTINUS | Arnoldt. |
| 72 | 99,1502,5. | ANDREAS | Pfohl. |
| | | 1500. | |
| 73 | 3,6,9,12. | CHRISTOPHORUS | Voygt. |
| 74 | 8. | NICOLAUS | Leonis. |
| 75 | 10,14. | PAULUS | Anſorge. |
| 76 | 13,16,19,22. | MICHAEL | Krolufft. |
| 77 | 15,18. | GEORGIUS | Röſeler. |
| 78 | 17,20,23,25. 28,34,37. | WENZESLAUS | Lanckiſch. |
| 79 | 21,24,27,30,33 36,40,43,47. | URBANUS | Seger. |
| 80 | 26,29. | JOHANNES | Kleberg. |
| 81 | 31,35,38,42, (45. | FRIDERICUS | Weigandt. |
| 82 | 32. | NICOLAUS | Flöſſel. |
| 83 | 39. | JOHANNES | Becker. |

| Regim. Or. | Anni | Obitus Annus, & dies. | |
|---|---|---|---|
| 84 | 41.<br>44.<br>46.<br>48.<br>54.<br>55. | 1560.<br>25. Junii. | CONRADUS NESENUS LICENTIATUS JURIS, CONSUL ATQUE SYNDICUS.<br>DUX, VIR CONSTANS, TACITUS: JUDEX ÆQVUS, LENIS: NILUS ORE NINI.<br>DUX Procerum, CONSTANS, TACITUS VIR: LENIS ET ÆQVUS<br>JUDEX: Stella micans Arte NESENUS erat.<br>Sicut agros NILUS fœcundat: corda virorum,<br>Suaviter haud ſecùs hic alluit ORE NINI. |
| 85 | 49.50.<br>56.58.<br>59.62.<br>65.<br>68.<br>71.<br>74,<br>77. | 1580.<br>7. Septemb. | NICOLAUS DORNSPACHIUS CONSUL, UT ET SYNDICUS.<br>HICCE UNIO IN PINDO NATUS, SICUT SOL CLARUS, SIDUS.<br>IN PINDO NATUS SICUT SOL UNIO CLARUS<br>HICCE fuit, ZITTÆ Nobile SIDUS, Amor.<br>Quanta in DORNSPACHII fuerit Sapientia mente,<br>CÆSARIS Aula, cliens Luſatis ora, ſciunt. |
| 86 | 51.<br>52.<br>53. | 1559.<br>26. Decembr. | JOANNES AB HUBERIG.<br>AH RUBEN, BIAS GENIO.<br>AH quàm laudatur RUBEN, quòd ſanguine fratris<br>Ultrices metuit commaculare manus!<br>Æmulus hujus eras HUBERG, Ampliſsime Consul,<br>Quippè BIAS GENIO præfuit ipſe tuo. |
| 87 | 57. | 1559.<br>14. Ianuarii. | MAG: FRANCISCUS JUNCNIKEL.<br>CINNUS MAGNIFICE CLARUS.<br>EST animoſus homo, rarus cuì CINNUS oberrat<br>Tempora; ſi neſcis fallere, blanda φύσις.<br>Talis JUNG-NICOLAUS: at qvòd Prudentia ſepſit<br>Pectora, MAGNIFICE CLARUS, honeſtus erat. |
| 88 | 60.<br>63.<br>66. | 1567.<br>10. April. | COELESTINUS HENNINC.<br>EN NITES, EN HIC CONSUL.<br>EN ut honore NITES, qvoniam HIC es, dixero, CONSUL,<br>HENNINGI: at verum dixero fortè magis:<br>EN Tu CONSUL es HIC, qvoniam virtute niteſcis:<br>Non locus ille virum exornat, at ipſe locum. |
| 89 | 61.<br>64.<br>67. | 1570.<br>8. Iunii | PAULUS FRIEDERICI.<br>DAPIFER VERI, LUCIS.<br>LUcifer ut Solis ſocii ſplendore tenebras<br>Diſcutit, ut videat machina tota diem:<br>Hic qvoq; ſic VERI DAPIFER FRIDERICUS iniqvum<br>Exigit, ut maneat Curia LUCIS amans. |
| 90 | 69.72.<br>75.78.<br>81.84.<br>87.90.<br>93.<br>96. | 1598.<br>1. Auguſti. | AUGUSTINUS A' KOHL.<br>IS UT HALO, GNAVUS.<br>SIcut HALO Lunæ vaga circumlambit apertæ<br>Cornua, qvem nimio, Phœbe, calore paras:<br>Non ſecùs â KOHL IS fit pulchra Corona Senatûs,<br>Dum GNAVUS Judex Regius Urbis erat. |

JOAN-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0010-4

| Regim. Or. | Anni | Obitus Annus, & dies. | |
|---|---|---|---|
| 91 | 70.73. 76.79. 80.83. | 1584. 25. Octobr. | JOANNES SCHERFFING.<br>EN FAX INGENS FORI.<br>ET natura viros facit ingenioſa celebres:<br>Sæpiùs ingenium plus valet arte bonum.<br>EN verum eſt: Prudens fuerat SCHERFFINGIUS ore,<br>FAX INGENS, patrii Flosq;, Salusq; FORI. |
| 92 | 82. | 1584. 21. Septemb: | JOACHIMUS MILLDE.<br>IDEM CAMILLUS, Iò!<br>NObilis ille triumphat Iò cum laude CAMILLUS,<br>Dùm durâ Vejos obſidione capit.<br>Idem geſtit item geſtis inſignia nactus<br>MILDE, novâ Cives dexteritate regens. |
| 93 | 85. 88. 91. 94. | 1597. 6. Martii. | MICHAEL KROLOFTIUS.<br>FUIT ROSA, MEL LOCI.<br>PArca fatetur apis, qvòd ſit ROSA proxima paſtûs<br>Materies, ex qvâ MEL ſibi dulce facit.<br>Virtutis KROLUFT FUIT hic ROSA, cujus ab uſu<br>Fit MEL, Vir ſummi dignus honore LOCI. |
| 94 | 86. 89. 92. 95. 98. 1601. | 1603. 25 Martii. | DAVIDES RODOSSIUS.<br>OS, DOS DIVES, RADIUS.<br>JUſtitiæ RADIUS, DOS proſperitate regendi<br>DIVES, & OS verax ille RODOSSUS erat.<br>Utile jus dicens non anteferebat honeſto:<br>Par erat imperio jus, animusq; pari. |
| 95 | 97. | 1598. 25. Auguſti. | LUCAS FRIDERICUS.<br>CLARUS FIDE, CURIS.<br>FAuſtus ait: magnis à curis Curia dicta eſt:<br>Teſtante, à fio fit, Cicerone, Fides.<br>Nempè FIDE & CURIS CLARUS qvod Corio curat<br>FRITSCHIUS, ut fiat, Vocis origo mane! |
| 96 | 99. 1602. 5, 8. | 1608. 25. Decembr. | MAG: PROCOPIUS NASSAO CONSUL, UT ET SYNDICUS.<br>ORION: TAM SAPIENS DUX CIVICUS, UT SOLON, PAX.<br>QVot nitet ORION ſtellis, tot & Artibus albes,<br>Virtutum & Themidos, NASSO Polite, Decus.<br>Hinc Tu TAM SAPIENS fueras DUX CIVICUS, olim.<br>UT fuit ipſe SOLON: PAX venit inde Foro. |
| 97 | | 1599. 5. Septemb. | JOANNES SCHREIBER.<br>HIC SANE NEBROS REI.<br>VIr SANE clarus, qvem Cos tulit inſula, NEBROS,<br>Aſſertorq; ſuæ ſedulus Artis erat.<br>NEBROS & HICce REI SCHREIBER fuit actor & auctor<br>Communis, patriâ proq; ſalute Vigil. |
| | | | 1600. |
| 98 | 1600. 3. | 1604. 24. Februar: | PETRUS CAPISIUS.<br>TU SIC PURE SAPIS.<br>JUs, CAPSI, atq; fidem Germano pectore dignam,<br>Qvam parit aſſenſus cordis & oris, amas.<br>TU SIC ſat PURE SAPIS, & capis Urbis honores:<br>Plus SAPIS in ſummo, plus capis ipſe, polo. |

Dani-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0011-0

| Regim. Or. | Anni | Obitus Annus, & dies. | |
|---|---|---|---|
| 99 | 4, 7, 8, 10. | 1611. 19. Julij. | DANIEL BURCARTUS.<br>BALDI CRURE NATUS.<br>Eva creata viri de coſtâ dicta virago eſt:<br>Quî NATUS BALDI CRURE vocandus eris?<br>BALDUINUM, aut BALDI ſobolem Te dixero, BURCHART:<br>Namq; refers Tantum dexteritate Virum. |
| 100 | 6. 9. 13. | 1613. 12. Novemb. | MARTINUS HOPESTOCKIUS.<br>NUMA PIUS, OTTO: SIC RES.<br>Conſpicuus fueras HOPSTOCK probitatis Ocellus;<br>Qualis erat Romæ Rex NUMA, & OTTO PIUS.<br>Juſtitiæ fautor, tranqvillæ pacis amicus:<br>Publica SIC benè RES, ſic benè priva ſtetit. |
| 101 | 11. 14. | 1616. 8. Novemb. | ADALBERTUS ENGELMANUS.<br>EN GALBA MUNDUS ALTER ES.<br>Aulica mundities doctis benè moribus aucta<br>Magnificos reddit, Semideosq; viros.<br>ENGELMAN, quia Vir Sapiens es, & Aulicus, Urbis<br>Es Cor, GALBA ALTER MUNDUS, amandus ades. |
| 102 | 12. 15. 18. 21. | 1622. 8. Aprilis. | DAVIDES GEBHARTUS.<br>DUX ÆDIBUS ARTE.<br>Vir bonus eſto, inqvit, qvi DUX bonus ÆDIBUS ARTE eſt,<br>Tullius, ut Patriæ commodet ipſe ſuæ.<br>Tu qvòd uterq;, GEBHARDE, Bonus, benè conſcia fama eſt,<br>Qvòd ZITTÆ fueris firma columna, ſat eſt. |
| 103 | 16. | 1618. 6. Martii. | GREGORIUS WALTTHER.<br>GIGAS RHETOR RE, VULTU.<br>Qvis non juràſſet lapides Te matre Suādâ,<br>Aut ab Ulyſſe tuum patre tuliſſe genus?<br>Qvippè GIGAS RHETOR, RE, VULTU, atq; ore fuiſti,<br>WALTHER: Virtutes conticeo reliqvas. |
| 104 | 17. 20. 23. | 1624. 7. Febr | FRIEDERICUS BÜRNSTENIUS<br>NIREUS SCRIBENDUS FUERIT.<br>Inter Primates hic formoſiſſimus unus<br>Pectore, BIRNSTENIUS, moribus, ore, manu.<br>Propterea NIREUS FUERIT SCRIBENDUS: ob altas<br>Virtutes genii Nerva vocandus erit. |
| 105 | 19. | 1624. 29 Martii. | SIGISMUNDUS KINDELERUS CONSUL, ITA ETIAM SYNDICUS.<br>AMNIS DICTIS UNCTUS: ÆDILIS INGENIOSUS: LUDI REMUS.<br>UNCTUS eras DICTIS doctis, Tu KINDELER, Amnis;<br>ÆDILIS templis INGENIOSUS eras.<br>Nauclerus noſtri, ſic REMUS, & anchora LUDI;<br>Qveis junctis habuit vela ſecunda ratis. |
| 106 | 22. 23. | 1624. 6. Nov. | GEORGIUS SCHNITTER.<br>COR GREGIS, IN TE, THUS.<br>COR Pietatis amans, SCHNITTER, COR Grande Senatus.<br>COR GREGIS Articolûm, COR GREGIS Urbigenûm.<br>IN TE myrrha Æqvi, Fidei THUS, Pacis & aurum:<br>Sint grata hæc JUDEX, munera, Chriſte, Tibi! |

CHRI-

| Regim. Ord. | Regim. Anni | Obitus Annus, & dies. | |
|---|---|---|---|
| 107 | 24.<br>27.<br>30. | 1631.<br>11. Junii. | CHRISTOPHORUS GOENTERUS.<br>CERTE SOPHUS HONOR SURGIT.<br>SURGIT HONOR ZITTÆ CERTE SOPHUS atq; Politus<br>GUNTHERUS, populi Fautor Apollinei.<br>Si Sophus eſt, (CERTE eſt!) erit atq; ſalutifer Urbi:<br>Ergò nunc gaude Curia, plaude cliens! |
| 108 | 25. 28.<br>31. 35.<br>38. 41.<br>44. 47.<br>50. 53. | 1654.<br>7. Apr. | JOANNES NESENUS CONSUL NOVUS.<br>EN NUNC JOSUA NOS VOLENS SENSU!<br>NUnc Fato & Voto Patriæ fit Tertius Atlas<br>NESENUS, Genio, Juribus, Arte valens.<br>EN JOSUA hicce VOLENS placido NOS paſcere SENSU!<br>Hicce reget Patriam: Tu rege, JOVA, Patrem! |
| 109 | 26.<br>29. | 1631.<br>7. Dec. | CHRISTOPHORUS MAUER.<br>PORTUS CORAM VERIS.<br>NAvibus ut PORTUS, pedibus fit murus asylum,<br>Si turbo, aut sævus latro moleſtet iter:<br>Sic PORTUS, MAUER, Germanum Pectus, & Umbo<br>Es CORAM VERIS, sollicitisq; viris. |

## Continuatio.

| Regim. Ord. | Regim. Anni | Obitus Annus, & dies. | |
|---|---|---|---|
| 110 | | 1634<br>11. Jan. | MATTHÆUS MOELLERUS.<br>SEMUS MOLE LÆTATUR.<br>QVi Patriæ causâ renuit perferre labores,<br>Is Patriâ civis vix benè dignus erit.<br>SEMUS hic impoſitâ LÆTATUR MOLE: sed aſtris<br>Intulit hunc citiùs spe Pater omnipotens. |
| 111 | 1632.<br>33.<br>36.<br>39. | 1641.<br>1. Junii | GODOFREDUS CAPISIUS.<br>EGO PROVIDUS AC FIDUS. [U pro S.]<br>PROVIDUS AC FIDUS Pater Urbis EGO esse laboro,<br>Usu, Conſilio, Dexteritate, Fide.<br>PROVIDUS AC FIDUS decedam EGO Conſul ab urbe<br>CAPISIUS: fatis sat, Patriæq; dato. |
| 112 | 1634.<br>37. | 1638.<br>11. Sep. | JOHANNES WINCLERUS.<br>SALUS CIVI, NONNE VER?<br>VEr ubi ſævam hyemem reparato sole fugavit,<br>Lætitiâ exultant condita qvæq; novâ.<br>Cura SALUS CIVI fuerit ſi noſtra; beatum<br>NONNE refulgebit VER? & amœna dies? |
| 113 | 39. 42<br>45. 48.<br>51. 54. | | CHRISTIANUS AB HARTIG, EQVES DIVI MARCI.<br>ARA CIVIS, QVID? MANIBUS CHRISTI TEGARE!<br>ARA qvod anxiferis verſanti in rebus habetur,<br>Sese id in HARTIGIO CIVIS habere videt.<br>QVID vovet? HARTIGIDE MANIBUS CHRISTI usq; TEGARE,<br>Præſidium CIVIS, Portus, & ARA Tui. |
| 114 | 43. | 1644<br>10 Nov | CHRISTIANUS JUSTUS.<br>CHRISTUS JUVANS SIT.<br>QVamvis dura cadant, Chriſto leviora juvante<br>Zittanâ fient Conſuli in Urbe novo:<br>Hocce tuum certo versum docet omine Nomen,<br>SIt tIbI DUX ChrIſtUs seMper, Ut opto, JUVans. |

PHI-

F3 YB 4953

| Regim. Ord. | Anni. | Obitûs Annus |
|---|---|---|
| 115 | 46. | 1655. |
| | 49. | 30. Se- |
| | 52. | ptembr. |
| | 55. | |
| 116 | 56. | |
| 117 | | |

PHILIPPUS STOLLE, CONSUL.
CULTIS POLLENS POPULIS.

DExteritas, Virtus, Pietas, Doctrina, Fidesq;,
STOLLIADEN Patriæ Patribus annumerant:
Is CULTIS POLLENS POPULIS, & cultus ab illis,
Cum Patriâ felix floreat usq; ſuâ.

ADAMUS GIRISIUS.
RIGAVIMUS, ADSIS,

FEcimus officium, ſata læta RIGAVIMUS, ADSIS,
Incrementum unus qvi dare, Jova, potes.
Inſit GIRISIUS Conſul: Deus annue votis,
Omnigenaq; virum proſperitate bea!

HENRICUS HEFFTERUS, JURIS LICENTIATUS.
HIS HUNC EFFERT VIRTUS INCLITA, SERE JUS.

INgenium, Pietas, varia experientia rerum,
Doctrina, & Virtus inclita tollit humo.
HIS ergò HUNC EFFERT HEFFTERUM etiam INCLITA VIR-
JUS SERE, ſic ſuperûm cœpta beabit herus. (TUS.

# TRIAS ANAGRAMMATUM
## CORONIDIS vicem
## appoſita,

---

# SITTAVIA.

SATIAVIT: VITA ISTA: SITA VITA: JA TUA SIT.

TE Dominus ſemper VITA SATIAVIT in ISTA,
ZITTA, ſuo Verbo, corporeoq; cibo.
In qvo VITA SITA eſt animæq; & corporis uno,
JA TUA SIT porro vita, ſalusq;, precor.

---

SENATUS SITTANUS.
SIT SANUS, UT SANET.

UT noſter SANUS SIT, SANET, Jöva, Senatum
Semper, & auxilio, conſilioq; beet.
SIT SANUS noſter, repeto, felixq; Senatus,
Corporis UT SANET membra, beetq; ſui!

---

RESPUBLICA SITTAVIENSIS.
JESUS TIBI PRECANTI SALUS.

QVid tibi, qvid voveam, Respublica SITTAVIENSIS,
Chara mihi nutrix, Patria, chara meis?
Sit JESUS TIBI ſorte SALUS in utrâq; PRECANTI,
Atq; oculis vigilet Te ſuper usq; ſuis. *Deut. 11, 12.*

Anno reparatæ Salutis,
qvo precamur:

Da DeUs, Ut DetUr PatrIæ, PatrIæqVe ParentI
PaX In Choro, PaX In foro, PaX In toro.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0014-6

Pon Ye 4953, Fx

ULB Halle 3
004 329 52X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0015-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74025-p0016-7

T.K.31,16.
Ye 4953

ὈΝΟΜΑΘΩΡΟΓΡΑΦΙΑ

# CONSULUM ZITTANORUM,

Ante Annos […]
XXXI[…]

à

M. ANDREA W[…]
Scholæ Patriæ C[…]
B. M. Con[…]

JAM VERO RE[…]
Et Nonnul[…]

*Anagrammatibu[…]*

â

M. CHRISTIANO K[…]
P. L. C. Schol[…]
Rector[…]
ZItta[…]




UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
1651.

Lætis, faUstIsqVe ChaLCographIæ ZIttaVIensIs
InstaUratæ InItIIs, eXCUDIt Ista typIs
ZaCharIas SChneIDerUs.